



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Benedictus Redivivus Hoc est: Benedictinij Ordinis
Vetustißimi Amplißimique, Nostra, ac supera ætate
Jmmarcescibilis Vigor, ac Viror**

Bucelin, Gabriel

[Veldkirch], Anno Christi. M.DC.LXXIX.

Annus Iesu Christi M.D.XI. sancti Patris Benedicti. M.XXXI.

urn:nbn:de:hbz:466:1-38498

Ignatius se praeiit & à Garfiae discipulo Joanne Clanonio modum edoctus, professor postea & propagator praecipuus tam sanctae artis & Exercitationis evasit. Caeterum quoniam inde prodiret Cisterius, caeleste quid vultu & verbis spirare visus est. Nequid autem per hanc suam absentiam, res domestica damni pateretur, ferventem spiritu Monachum, Petrum Burgensem Oeconomia praefecit; ipse ante omnia, quae animos suorum & disciplinam Monasticam concernebant, magno animo & amore aggressus. Silentij observantissimus, huius curam suis quam maxime commendavit, absque hoc disciplinam omnem Canobiorum nullam asseverans, omnique laxitati, odijque ac similitudinibus, nec non gravissimis peccatis aditum aperiri. In peregrinos mirè hospitalis, non solum corpore, sed mente largius resectos, pleniusque solatij à se dimisit. Lachrymarum gratia felicissimus extitit, & dulcoribus Divinis insecatus, saepe inter contemplandum, confusam quandam, vocem emisit, quae inexpertos in stuporem verteret, expertos mirè accenderet, & inescaret. In adversis magna ejus patientia eluxit; in prosperis modestia, & insignis in DEUM grati animi contestatio. A Ferdinando & Isabella Regibus Legatus ad Galliarum Regem missus, re feliciter confecta ad Canobium suum rediit, & quantumcunque potuit se condidit: tantum abest, ut Aulam sequutus gratiam & praemia exambiret. Moriturus, Contemplationis & Orationis studium suis commendavit, & sacris omnibus ritè munus, post omnes Patres Fratresque Osculo exceptos sanctissimè obijt hoc anno 1510. aetatis quinto & quinquagesimo, vigesimo septimo Novembris, relictis egregijs aliquot ingenij & suae pietatis monumentis. Quae inter praeter alijs celebratur.:

L. EXERCITATORIUM VITAE SPIRITUALIS. Volumen insignè, omnem omnino materiam rerum sacrarum quasi exhaustientem librum & mirificè animis instillantem, usque hodie necdum integrè exactum sed ut magnum Theaurum posteritati asseruatum.

2. DIRECTORIUM HORARUM Canoniarum.

3. LEGES HEREMITARUM ^{Ingenij monumenta.} Montserratensium.

Lusit in librum Lusitanus quidem Poeta sequenti Poemate.

Via scelera delere notas? vis lumine mentè.

Lustrari? uniri vis & amore DEO?

Hac documèta tibi Cisterius ordine pandit.

Perlege:olve animo: pecciore conde tuo.

Nempe canit blando moriens ut gutture

Cygnus:

Sic mundo moriens, hos dedit ille modos.

Tu lachrymas da, corda para, Christi ignibus arde:

Quod Garfia docet, Gratia posse dabit

Ex vita ejusdem quam peres nos M.S.

tam re. nemus, Antonio de Tepes. Constant. Castren. &c.

De quadruplici DEUM laudanum genere, per

Eundem Cistericum in Monte Serrato

instituto, & ab hoc dimanante fructu,

consulendus Jepsius citatus. In Mo-

nafterio S. Florini Schönauugiensi ex-

tinguitur Joannes Schwellmius ex Pri-

ore olim loci, Abbas optimus, Mel-

chioris pari Religione & eruditione

successor meritissimus, uterque relictis

egregij ingenij monumentis celeberr.

In Canobio item celeberrimo S.

Martini Tornacensis diem supremum

claudit Nicolaus Flamengus de suis

egregie meritis Abbas quibus scientia

& pietate mirè praeluxit & ignorantif-

simo perditissimoque saeculo, Biblio-

thecam insignem pretiosissima libro-

rum supellectile instruxit.

ANNUS IESU CHRISTI M.D. XI. ^{Nicolaus Flamengus Abbas.} sancti Patris Benedicti. M. XXXI.

Obscurat omnia omnium ferè merita, nimio suo splendore Venerabilis & immortalis sanè memoria vir Abbas noster Spanheimensis Joannes Trithemius, adeo ut nec meminisse quidem, virorum sanctitate atque eruditione clarissimorum libeat. dum miranda & memoranda unius viri, quanto plus merentur admirationis, tanto magis ut describamus & celebremus perurgent. At vero relictis, quibus Ordinem solum nostrum, & Germania Monasteria devinxit, meritis; ea, pro quibus ipsi debitor est orbis terrarum universus, unius ingenij partum tam multiplicem in fecundissimo caeteroquin talium saeculo, quo tamen non solum istud implevit, sed sequutura omnia immortaliter do-

meruit,

Quadruplex psalmenium genus.

Joan. Abb. Schönauugiensium.

Nicolaus Flamengus Abbas.

Joannes Trithemius

Univerſum demeretur posteritatem.

per Spiritu ferventissimu.

Lachrymarum do-

Legatus ad Regem Galliarum.

sancti mon-

meruit, vel nunc quidem, tantum enumeremus. Scripsit autem, præter ea de quibus non constat, sequentia.:

MAGNUM CHRONICON HIRSAUGIENSIS Archisterij tomis 2. in folio, quorum aliter Typis necdum vulgatus in Bibliotheca hodie aservatur serenissimi Bavariæ Electoris.

Chronicon Monasterij sancti Jacobi apud Herbigolim. Tomo. 1.

Chronicon Cenobij Spanheimensis. . lib. 1.

Chronicon Ducum Bavariæ & Comitum Palat. Rheni. lib. 1.

Annales de Origine, Regibus & gestis Francorum & Germanorum. Tomis 3.

Epitome ejusdem Galliarum & Germaniæ Historiæ. libris 3.

De Origine, Regibus & Ducibus Bavarorum Comitum Palatinorum & Spanheimensium &c. libri 4.

Itinerarium Vitæ suæ. libri 2.

De varijs & diversis materijs & rebus Antiquitatibus. libri 14.

De causis & cura morbi caduci ac maleficiorum. libri 3.

De Origine & rebus Francorum diversas à superioribus. liber 1.

Hieraticum, pro diversis morbis propellendis. liber 1.

Diversa opera Joannis Thrihemij. Ad questiones Rugeri Sicambri. liber 1.

De Ducibus Francorum & Episcopis Herbigolensibus. liber 1.

De septem intelligentijs Orbem moventibus. libri 2.

De Laude scriptorum. liber 1.

De Laude Carmelitarum. libri 2.

De Scripturis Ecclesiasticis. liber 1.

De Viris Illustribus Ordinis S. P. N. Benedicti. libri 4.

De Luminaribus Germaniæ. liber 1.

Epistolarum ad diversos. liber 1.

Epistolarum Spanhemensium libri 4.

Polygraphie ad Maximilianum Imperatorem Augustum. libri 6.

Stenographie. Opus immensi laboris, nostra ætate à Serenissimo Augusto Brunsvicensi & Lunenburgensi Duce enodatum & immortalis cum utriusque gloria typis mandatum. libri 8.

De certis dubijs & questionibus in Evangelium Joannis. liber 1.

De quibusdam in Psalterio dubijs. liber 1.

Octo Questionum ad Maximilianum I. Imper. Augustum. liber 1.

De Laudibus studij Divinarum Scripturarum. liber 1.

De Computo Ecclesiastico. liber 1.

Variarum Questionum, Orationum & Propositionum. libri 20.

De Prenotationibus Christiano homini licitis & illicitis. liber 1.

Contra Maleficos & eorum artes ac superstitiones. libri 5.

De Dæmonibus & artibus maleficis ac superstitiosis. libri 12.

De Miraculis Beatissime Matris Virg. Dittelpacensis. libri 2.

De Miraculis Ejsulem in Uruceto apud Helprunnam. libri 6.

De S. Anna Rosarium s. distinctum articulis simulque Horariæ Preces & Missæ Officium de Eadem. liber 1.

Rosaria de Sanctis Petro, Magdalena, & plurimis alijs. libri plures.

De S. Joseph Nutritio Domini simul cum Rosario & Missæ officio. libri 1.

De Laude S. Annæ Genitricis Domine nostræ. liber 1.

De Laudibus S. Andrea Apostoli. liber 1.

De Laudibus sancti Patris nostri BENE-DICTI. liber 1.

Orationes diverse ad Deum & sanctos. lib. 1.

Sermones in diebus Festis ad populum. lib. 1.

De Vita S. Rhabani Archiepiscopi Moguntini. libri 3.

De Ejsulem à Maguntia in Saxoniam Translatione. liber 1.

De Vita S. Maximi Episcopi Trevirensis. lib. 1.

De Vita S. Hermine Virginis. liber 1.

Compendium Vitæ Sanctorum. liber 1.

In Regulam S. P. N. Benedicti Comment. lib. 2.

Summula Virtutum. libri 2.

De Tentationibus Monachorum. libri 2.

De Miseria Vitæ Præsentis. liber 1.

De Vitio Proprietatis. liber 1.

De modo Visitationis claustralium. liber 1.

De modo & forma celebrandi Synodum Ordinis. liber 1.

Statuta Capitulorum Provincialium Ordinis. liber 1.

Statuta Annalis Capituli Patrum Bursfeldensium. liber 1.

De modo & forma Annalis Capituli celebrandi. liber 1.

Meditationes Vitæ Christi. liber 1.

Speculum celestis Doctrinæ. liber 1.

De Institutione Vitæ Sacerdotalis. liber 1.

De triplici Regione Claustralium. libri 3.

Exercitium spirituale Monachorum liber 1.

Epitome Exercitij spiritualis. liber 1.

Orationes in Capitulis & alijs locis. 24.

De Miseria Prælatorum Claustralium. lib. 2.

Contra Vitium Proprietatis Claustralium liber 1.

De

Thrihemij
Abbatis
opera.

Opera Jo-
annis Thri-
hemij.

De Laudibus Vita Monastica. liber 1.
 De Laudibus vere Penitentie. liber 1.
 Monologium hominis DEO devoti. liber 1.
 Sermorum sive Exhortationum ad Monachos. libri 2.
 De ruina Ordinis Monastici Panticon. lib. 1.
 Maximus Abbas de Incarnatione Domini translatus. liber 1.

Alia insuper plurima & scripsit ipse & transtulit, quae posteritas videre, nedum habere, non meruit. Sed consulendi, qui ejus opera edidere in fronte librorum eorumdem. In Congregatione nostrâ & Archisterio Vallis umbrosâ è pluribus emicat eximia omnibus probatus sanctitate Beatus Homodeus Ariminensis patria, vero Homo DEO deditissimus, & ut scriptura loquitur, cum DEO ambulans omnibus diebus vitae suae, in quo verè Spiritus DEI requievit, & ipse in DEO totum se perdidit, sibi sanctè mortuus, ut DEO soli viveret, de quo non nihil in anno ejusdem obitus agemus. Ex Monumentis Vallumbrosanis.

ANNUS IESU CHRISTI. MDXII.
 sancti Patris Benedicti MXXXII.

Inter viros Religione & doctrinâ Illustrissimos celebratur hoc anno in Ordine nostro Venerabilis Paulus Orlandinus, fama longè lateque notissimus, & relictis præstantissimis ingenij monumentis immortalis, Monachus Monasterij Angelorum Florentiae, sanctissimae Congregationis nostrae Camaldulensis sydus lucidissimum, qui contemplationis studio in sublime evedtus, Theologum re & nomine dignissimum præ se tulit, & verè egit. Hic uti suis exemplo vitae perfectioris multum contulit, ita nobilissimis scriptis posteritati consuluit, Ordinem nobilitavit, orbem beavit, è quibus sequentia præcipuè lucem spectarunt, & à viris doctis celebrata sunt.

De Theologia separata. liber 1.
 Dialogorum de Theologia. libri 3.
 De Theologia Mixta. liber 1.
 Disputationum super Epistolam S. Hieronymi ad Paulinum. Lectiones 24.
 Sermones duo & triginta & alia nonnulla.

Ut videas quam sit gloriosum & utile sanctitatis studio, etiam litterarum conjungere, cum ab illa admirabile gratiae lumen, in ipsa transeat.

scripta, ut nihil tale à semetipsa exigere queat etiam summa eruditio, quod sanctorum aequè atquè eruditorum virorum, solet quam utilissimè sera impertiri posteritati. Ex diversis Rerum Camaldulensium scriptoribus &c. Fuit memoria admirabili, ita ut 200. versus audiens, illico retrogrede ordine omnes recitando repeteret. Ita idem.

Monachum hoc ipso anno proficetur in celeberrimo & sanctissimo illo Monasterio Montis Serrati Joannes Cianones sive Clanonius, Gallus natione vir præstantissimus, qui beata memoria Garliam de Cisneros jam mortuum non aliter quam vivum, suae vitae Magistrum elegit, ejusque libros mira volutans diligentia admirabilem Mirabilis Magistri se discipulum præbuit & comprobavit. Contemplationis sacrorumque Exercitiorum studio, eo progressus, ut Professor paulo post, ex discipulo evaderet; aliosque inter discipulos Igneum illum Ignatium, ferventissimæ deinceps Spiritu, Societatis Jesu parentem & Fundatorem, & informaret felicissimè & inflammaret, de quo suo loco uberius dicitur. Trigesimum vitae jam agebat Joannes, cum in sancto hoc Canobio, se DEO & Deiparæ consecraret, verum tanta animi demissione & innocentia, ut non tam assimulatus parvulis, quàm lactentibus per omnia aequalis videretur, verè lacteus magnæ Matris Alumnus, hoc uno similis grandioribus, quod tantillus sibi semper visus, tanto tamen passu, tantis in sacra professionis progressibus, se ipsum superaret, alios provocaret, exemplar statim factus rarissimi vitae rigoris, abstinentiæ, vigiliantiae, seriae poenitentiae, humilitatis, cæterarumque virtutum solidè Heroicarum. Fuitque in hoc non solum Archisterio, sed amplissima jam & spectatissima per Hispanias Congregatione & reformatione, pulcherrimum inter omnes certamen, stupente ad hoc spectaculum Regno universo, applaudente coelo, cum quisque aliorum laborum tolerantia, observantia rigoris Monastici, singulari erga Deiparentem studio, & observantia contestatione, non tam post se relinquere, quam currentem concitare videretur, ipsa Coelorum Augusta si unquam alias, tanta sibique devotissimæ Domus sese verè

v. Joannes
 Clanonius
 Gallus.

Vita mira
 innocentia.

Montis Serrati celebratus.

G

Ma-